

974

constituitur, & significat *nuper, paulo ante*, πρὸ ἑλίγῃ γὰρ πρὸ τῆς
Matt. IX. 18. de Filia Jairi dicitur: ἄρτι ἐπελεύθησε, modo, iam
jam, igitur *allere* *est mortua est*. (2) *nota presentis temporis*, quando
 nim. cum verbis *presentis temporis* conjungitur, ut h. l. quem-
 admodum non tantum ex scriptoribus profanis, sed etiam ex va-
 riis locis N. T. videre licet, idem igitur est, quod ἐν παρόντι, vel
 εἰς τὸ παρόν, *nunc, iam*, zu diesem mahl / vor diesem mahl / jetzt / quod
 praeter alia quoque patet ex varia constructione, quando vel cum
 praepositione ἀπ' ἄρτι, vel cum adverbio, ἕως ἄρτι, vel etiam cum
 nominibus substantivis constituitur, qua ratione *vim nominis adje-*
ctivi dicitur induere, sicut I. Cor. IV. 11. ἀρχὴ τῆς ἀρτι ἄρας, usque
in presentem homin, non alia ratione, quam sicut alias apud Grae-
 cos dicitur, ἡ χθὲς ἡμεῖς *Dies hesternus &c.* Sumitur autem
 hoc ἄρτι (1) *absolute*, quando simpliciter *tempus praesens* infert, ut
Matt. IX. 18. & passim alibi. (2) *cum relatione temporis praeteriti*,
 quando cum ἕως conjungitur, ἕως ἄρτι *hucusque, usque ad praesens*
tempus *Matt. XI. 12.* *Job. II. 10.* *V. 17.* *XVI. 24.* *I. Cor. IV. 13.* *II. 6.*
17. *XV.* (3) *cum relatione temporis futuri*, quando cum ἀπὸ con-
 struitur *Matt. XXIII. 39.* *XXVI. 29.* *XXVI. 64.* *Job. I. 51.* *XIII. 19.*
 ἀπ' ἄρτι *ex hoc tempore, exinde &c.* Hoc loco sumitur *absolute*,
 quia ponitur *absolute*, ἀφ' ἄρτι: neque respicit *Johannem*, ejusque
desideratum baptismum, quasi postea *Johannem* *Christus* baptisa-
 verit, aut baptizare debuerit, quod est textus collatione nonnulli
 colligere volunt, quia *Johannes* dixerat. *Ego necesse habeo à te*
baptizari, & tu venis ad me: & Christus respondit: ἀφ' ἄρτι,
modo tu me admittas ad baptismum, postea te quoque baptisabo,
 vel baptizare potero: verum nihil ejus firmiter est textu deduci-
 tur, neque claris verbis in textu dicitur, neque tale quid à *Christo*
Johanni promittitur, nec alibi hujus promissi vestigium reperi-
 tur. *Johannes* plerumque βαπτιστής appellatur *active*, non *passive*,
Baptisator extitit, *baptisatus* non fuit, cum sit μεσίτης V. & N.
 T. ut *Nazianzeno*, *limes*, in quo cessavit *Judaismus*, & cepit *Christi-*
anismus, ut *Tertulliano* vocatur: non igitur *baptisari*, sed, tan-
 quam praecursor, *baptizare* debuit. Voce ἄρτι, scribit iterum *Ve-*
nerandus Dn. D. Galovius in *Bibl. illustr.* h. l. p. 163. *tempora di-*